

Omelia XXXVII. in Mattheum Iohannis Chrysostomi interprete Burgundio
(BAV MS Vat. lat. 383, ff.130vb-134va)

His autem euntibus coepit ihesus dicere turbis de iohanne. Quid existis in desertum uidere, harundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere, hominem in mollibus uestimentis circum amictum? Ecce qui mollibus induuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? prophetam? utique dico uobis, et plusquam propheta.

Commented [ND1]: [fol.130vb]

Commented [ND2]: [fol.131ra]

Commented [ND3]: uel habundantius *add. super lin.*

Quod quidem secundum discipulos iohannis erat, bene dispensatum est, et certificati a signis quae confestim facta sunt, abierunt. Oportebat autem iam et quae ad plebem erant, sanari. Illi enim nichil utique tale suspicati sunt de magistro suo. Multa autem turba, ex interrogatione discipulorum iohannis, multa utique inconuenientia subintellexit. Ignorans consilium, cum quomisit discipulos, et decens erat excogitare in seipsis et dicere, qui tanta testatus est, aliter persuasus est nunc? et dubitat siue hic, siue alius, erit qui uenit? Numquid altercans ad ihesum haec dicit? Numquid timidior a carcere factus, numquid uane et inaniter priora dixit? Quia igitur multa talia decens erat eos suspicari, uide qualiter eorum corrigit imbecillitatem, et has destruit suspensiones. Euntibus enim eis, cepit dicere turbis. Propter quid euntibus eis? Vt non uideatur adulari homini. Corrigenens autem plebem, non ducit in medium eorum suspensionem, sed solutionem inducit earum quae secundum mentem erant cogitationum, eos in tumultuationem immittentium, monstrans quoniam omnia occulta. Neque enim dicit, quemadmodum ad iudeos. Quid excogitatis pernitiosa? Etsi enim excogitauerunt, non a pernitie haec excogitabant, sed ab ignorantia eorum quae dicta erant. Ideoque neque amare eis loquitur, sed corrigit eorum solum mentem, et respondet pro iohanne, et monstrat quoniam non excidit a priori opinione. Neque transmutatus est. Neque enim est leuis homo, neque flabello facile mutabilis, sed fixus et firmus, et non talis ut tradat ea quae sibi credita sunt. Haec autem instruens non ex propria enuntiatione, sed ex illorum prius testimonio, haec instruit, non per quae dixerunt solum, sed et per quae egerunt, monstrans eos testantes eius firmitati. Ideo ait. Quid existis in desertum uidere? acsi diceret. Propter quid ciuitates dimittentis et domos conuenistis in desertum uniuersi? ut miserum quendam et leuem hominem uideatis? sed non utique haberet rationem. Non enim hoc ostendit, studium illud, et quod omnes concurrunt in desertum. Non enim utique plebs tanta et ciuitates tantae cum tanto desiderio, in heremum et iordanem flumen effusae essent, nisi magnum quendam et mirabilem, et petra solidiorem uisurum esse estimaretis. Non enim harundinem existis uidere a uento agitatam. Qui enim leues sunt, et facile circumferuntur, et nunc quidem haec, nunc autem illa dicunt, et in nullo stant, huic maxime assimilantur. Et uide qualiter omnem pernitiam dimittens, hanc ponit quae maxime tunc eos promouebat, et destruit leuitatis conditionem. Sed quid existis uidere, hominem in mollibus uestimentis circum amictum? Ecce qui mollibus induuntur, in domibus regum sunt. Quod autem dicit tale est, quoniam ex seipso flabello mobilis. Et hoc significastis uos per hoc studium. Non tamen illud haberet aliquis dicere, quod firmus quidem erat, lasciuiae autem seruiens, postea mollis effectus est. Hominum enim hii quidem ex seipsis sunt tales, hii autem efficiuntur, puta hic quidem est iracundus natura, hic autem in infirmitatem incidens longam, hanc adipiscitur egritudinem. Rursus faciles hii quidem sunt et leues, hii autem lasciuiae seruiendo et molles fiendo hoc efficiuntur. Sed iohannes ait, neque natura talis erat, neque enim arundinem existis uidere, neque lasciuiae dans seipsum,

Commented [ND4]: discipuli *add. super lin.*

Commented [ND5]: quod penitens dixit haec *add. super lin.*

Commented [ND6]: iohanne *add. super lin.*

Commented [ND7]: idiote *add. super lin.*

Commented [ND8]: uel mentem *add. super lin.*

Commented [ND9]: nouit *add. super lin.*

Commented [ND10]: qua dixit deum *add. super lin.*

Commented [ND11]: christi *add. super lin.*

Commented [ND12]: turbe *add. super lin.*

Commented [ND13]: [fol.131rb]

Commented [ND14]: uestras *add. super lin.*

Commented [ND15]: nostrum *add. super lin.*

Commented [ND16]: aliam *add. super lin.*

Commented [ND17]: uel materiam *add. super lin.*

Commented [ND18]: constans *add. super lin.*

Commented [ND19]: laxus *add. super lin.*

Commented [ND20]: iram *add. super lin.*

Commented [ND21]: natura *add. super lin.*

perdidit quam habebat **superhabundantiam**. Quoniam enim non seruiuit lasciuiae, monstrat stola et solitudo et carcer. Si enim uellet mollia uestire, non utique heremum habitasset non carcerem, sed palatia. Licebat enim ei silenti solum, decemmilibus potiri honoribus. Vbi enim **redargentem** et ligatum, ita uenerabatur herodes, multomagis silenti utique adlaretur. Opere itaque suae constantiae et perseuerantiae examen tribuens, qualiter erit utique dignus istis in talibus suspitionem pati? et a loco itaque et a uestimentis, et a concursu, morem eius designans, inducit iam prophetam, dicens enim, quid existis uidere prophetam? utique dico uobis, habundantius propheta ait. Hic enim est de quo scriptum est, ecce mittam angelum meum ante faciem tuam, et instruet uiam tuam coram te. Prius iudeorum testimonium ponens, tunc quod prophetarum est adaptat. Magis autem primum quidem calculationem ponit iudaicam, quae maxima fieret utique **demonstratio**, cum ab inimicis testimonium fertur, secundum uitam uiri, tertium suum iudicium, quartum prophetam, undique eos obstruens. Deinde ut non dicant, quid igitur si tunc siquidem talis erat, nunc autem transmutatus est, induxit, et quae post haec sunt uestimenta carcerem, et cum his prophetiam. Deinde dicens, maior propheta monstrat, et secundum quid est maior, secundum quid igitur est maior? secundum id quod prope eum est qui aduenit. Mittam enim ait angelum meum ante faciem tuam, hoc est prope te. Sicut enim in **regibus** qui prope currum **abigunt**, hii aliis sunt clariores, ita utique et iohannes, prope ipsam **presentiam**, uidetur currens, uide qualiter et hinc **superexcellantiam** ostendit, et neque hic stat, sed et **calculationem** quae a seipso est, iam inducit dicens. Amen dico uobis, non surrexit innatis mulierum, maior iohanne baptista, quod autem dicit tale est, non peperit mulier, isto maiorem. Et sufficit quidem haec **enuntiatio**. Si autem uis et a rebus **ipsis** **discere**, excogita eius mensam, conuersationem, **consilii** altitudinem. Sicut enim in caelo, ita conuersabatur, et naturae necessitatibus superior effectus, extraneam quandam ambulabat uiam, in hymnis et orationibus omne pertransiens tempus, et hominum quidem nulli, deo autem continue soli colloquens. Neque enim uidit aliquem conuersuorum, neque uisus est alicui **horum**, non lacte nutritus est, non lectulo, non tecto, non foro, non alio aliquo potitus est humanorum. Et tamen mansuetus erat simul et uehemens. Audi ergo qualiter cum mansuetudine suis loquitur discipulis, qualiter cum fortitudine plebi iudeorum, qualiter cum libera propalatione regi, propter hoc et dixit, non surrexit innatis mulierum maior iohanne baptista. Sed ut non rursus **superhabundantia** laudum pariat aliquod inconueniens, **prehonorantibus** eum christo iudeis, intuere qualiter et hoc corrigit. Sicut enim ex his quibus edificabantur discipuli, **nocumentum** accipiebant **turbae**, **facilem** eum esse estimantes, ita et ex his quibus **curabantur** **turbae**, maior utique efficiebatur iactura, **honestiorem** christo de ipso accipientibus eis suspitionem, ex his quae dicta sunt. Ideoque hoc insuspiciabiliter corrigit, dicens. Qui autem minor est, in regno caelorum maior est illo, minor secundum aetatem et secundum multorum opinionem. Etenim dicebant eum edacem, et uini potatorem, et nonne hic est tectoris filius, et ubique eum **adnichilabant**. Quid igitur ait, secundum **comparationem** iohannis maior erat? Absit. Neque enim iohannes cum dicat fortior me est, comparans dicit. Neque paulus cum moysen memorans scribat, ampliori enim gloria hic, supra moysen, dignus effectus est, comparans scribit. Sed et ipse, ecce plus salomone hic dicens, non comparans ait. Si autem dederimus, et secundum **comparationem** dictum esse ab ipso, dispensatiue factum est propter audientium imbecillitatem. Etenim ualde erant homines, ad ipsum inhiantes, tunc autem clariorem eum et carcer fecerat, et ad regem libera propalatio, et amabile erat interim, hoc suscipi a multis. Etenim et uetus testamentum nouit ita corrigere, errantium animas, incomparabilia secundum **comparationem** conferens, ut cum dicat, non est similis tibi in diis domine. Et rursus non est deus sicut deus noster. Quidam autem aiunt, quoniam de apostolis hoc dixit christus, alii autem de angelis. Cum enim a ueritate quidam euertuntur, multum errare assueuerunt. Qualis

Commented [ND22]: uel **superexcellantiam** *add. super lin.*

Commented [ND23]: [fol.131va]

Commented [ND24]: uel **probatio** *add. super lin.*

Commented [ND25]: **equos** *add. super lin.*

Commented [ND26]: **aduentum** *add. super lin.*

Commented [ND27]: **sententiam** *add. super lin.*

Commented [ND28]: **christi** *add. super lin.*

Commented [ND29]: **hoc** *add. super lin.*

Commented [ND30]: **mentis** *add. super lin.*

Commented [ND31]: [fol.131vb]

Commented [ND32]: **preferentibus** *add. super lin.*

Commented [ND33]: **iohannis sauciabantur** *add. super lin.*

Commented [ND34]: **inconstantem** *add. super lin.*

Commented [ND35]: **sanabantur** *add. super lin.*

Commented [ND36]: **maiorem** *add. super lin.*

enim consequentia est aut de angelis, aut de apostolis hoc dicere? Aliter autem, si de apostolis dixisset, quid prohiberet nominatim hoc inducere. De seipso enim hoc dicens, decenter occultat personam propter suspitionem, quae adhuc tenebat. Et quia non uidebatur de seipso magnum aliquid dicere. Etenim multis in locis uidetur hoc facere. Quid autem est in regno caelorum? In spiritualibus et in uniuersis his, quae sunt secundum caelum, sed et dicere, non surrexit innatis mulierum, maior iohanne baptista, distinguentis fuit a seipso iohannem, et ita seipsum extollentis. Etsi enim natus mulieris erat ipse, sed non ita sicut iohannes. Non enim nudus homo erat, neque similiter homini natus est, sed secundum extraneum quandam partum et paradoxum, id est inopinabilem. A diebus autem iohannis ait usque modo, regnum caelorum uim patitur, et uiolenti rapiunt ipsum. Et qualem hoc consequentiam habet, ad ea quae antea dicta sunt? multam quidem et uehementer consonantem. Etenim impellit et festinare facit iam eos, et hinc ad fidem suiipsius. Simul autem et his quae antea dicta sunt, a iohanne opitulatur. Si enim usque ad iohannem omnia completa sunt, ego sum qui uenio. Omnes enim ait prophetae et lex, usque ad iohannem prophetauerunt. Neque enim utique stetissent prophetae, nisi ego uenissem. Nichil itaque expectate ultra, neque alium quandam prestolamini. Quoniam enim ego sum, manifestum est ex eo quod prophetae steterunt, et ex rapientibus secundum unamquamque diem, fidem quae est in me. Ita enim aperta et manifesta est, quod et multi rapiunt illam. Et quis rapuit dic michi? omnes qui cum festinatione aduenerunt. Deinde et aliam coniecturam ponit dicens, si uultis suscipite ipse est elias, qui uenturus est. Mittam enim ait uobis eliam thesbitem, qui conuertet corda patrum ad filios, hic igitur est elias, si intenderitis cum diligentia ait. Etenim mittam ait angelum meum ante faciem tuam, et benedixit si uultis suscipite, in uiolentiam ostendens. Non enim cogo ait. Hoc autem dixit, affectuosam expetens mentem, et manifestans quoniam hic est ille, et ille hic. Vtrique enim unam amministrationem receperunt, et precursores facti sunt utrique. Ideoque neque simpliciter dixit hic est helias, sed et si uultis suscipite, hic est si cum affectuosa mente attendatis, his quae efficiuntur. Et neque hic stetit sed adiecit, monstrans quoniam prudentia est opus ad hoc, id est hic est elias qui uenturus est. Qui habet aures ut audiat, audiat. Tanta autem enigmata ponebat, erigens eos ad interrogationem. Si autem neque ita excitabantur, multomagis si aperta et manifesta essent. Neque enim illud utique haberet aliquis dicere, quoniam inaccessibilis erat. Quid enim pro contingentibus eum interrogabant, et temptabant, et decemmilies obstruebantur, et non desistebant, qualiter non pro necessariis, non quererent et interrogarent? si tamen et discere cuperent. Si enim pro legalibus interrogabant, quale est primum mandatum, et quecumque talia, quamuis neque ulla erat necessitas haec dicere, qualiter eorum quae ab ipso dicebantur, quorum et responsionibus magis obnoxius erat, non utique inuestigassent mentem, et maxime quando ipse erat, qui prouocabat ad hoc et attrahebat? Indicendo enim uiolenti rapiunt, in desiderium eos erigit, et indicendo qui habet aures ut audiat, audiat, hoc idem facit. Cui autem assimilabo generationem hanc ait? Similis est pueris sedentibus in foro et dicentibus. Tibicinauimus uobis, et non saltastis, lamentauimus uobis, et non planxistis. Rursus haec uidentur quidem, non pendere a prioribus. Valde autem ea secuntur. Etenim adhuc adherent eidem capitulo, et ostensioni quod consona operatur iohanni, etsi quae fiebant, contraria erant. Quemadmodum et in interrogatione et monstrat, quoniam nichil si debebat fieri ad salutem eorum derelictum est, quod et ad uineam ait propheta. Quid oportebat facere uineae huic, et non feci? Cui enim ait assimilabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, et dicentibus. Tibicinauimus uobis, et non saltastis, lamentauimus uobis, et non planxistis. Venit enim iohannes neque comedens neque bibens, et dicunt demonium habet. Venit filius hominis, et dicunt, ecce homo edax et uini potator, publicanorum amicus et peccatorum. Quod autem dicit tale est, contrariam alteruter uenimus uiam, ego et iohannes. Et idem fecimus, quale siquidam

Commented [ND37]: [fol.132ra]

Commented [ND38]: uel ualebat add. super lin.

Commented [ND39]: cessassent add. super lin.

Commented [ND40]: uel suscipere add. super lin.

Commented [ND41]: uel libertatem add. super lin.

Commented [ND42]: [fol.132rb]

Commented [ND43]: uel ea add. super lin.

Commented [ND44]: uel fiunt add. super lin.

Commented [ND45]: [fol.132va]

uenatores animal difficile occupabile, per duas casurum uias in plagas, alterutra unusquisque utens, abigat, ex contrario stans alteri, ut omnino in alterum incidat. Intuere igitur uniuersum hominum genus, qualiter ad ieiunium repit, et duram hanc et philosopham uitam. Propter hoc dispensatum est hoc a prima aetate, ita nutritum esse iohannem, ut et hinc digna fide efficiantur, quae dicuntur ab ipso. Et cur non ipse ait hanc elegit uiam? Maxime quidem et ipse hac incessit, quando quadraginta diebus ieiunauit, et circuibat docens, et non habens ubi caput reclinet. Verumtamen et aliter hoc ipsum instruit, et quod hinc erat, dispensabat lucrum. **Testari** enim pro **eo** qui uenit, idem erat, uel et multo maius, quam **incedere ipsum uiam hanc**. Aliter enim iohannes quidem nichil plus ostendit preter uitam et urbanitatem. Iohannes enim ait, nullum fecit signum. Ipse autem et testimonium quod est a signis, et quod est a miraculis, habebat. Dimittens igitur iohannem ieiunio fulgere, ipse contrariam incessit uiam, et ad mensam intrans publicanorum, et manducans et bibens. Interrogemus igitur iudeos, bonum est ieiunium et mirabile? Ergo oportebat persuaderi a iohanne, et **suscipere eum**, et credere his quae ab ipso dicuntur. Ita enim uos erant illa uerba, allatura ihesu, sed honorosum est ieiunium et triste? Ergo oportebat persuaderi a ihesu et credere ei, contrariam eunti uiam. Per utramque enim uiam in regnum estis intraturi, sed uelut fera male morigerata, alterutros **uituperabant**. Non ergo incusatio eorum qui crediderunt, sed maledictio eorum qui non crediderunt, erat. Nullus enim umquam contraria uituperare, eligeret. Quemadmodum neque laudare. Quale quid dico? qui hylarem commendat **uirum** et remissum, tristem et grauem non commendabit. Qui tristem laudat, hylarem non laudabit. Impossibile enim et hanc et illam ponere sententiam. Propter hoc et ipse ait, tibicinauimus uobis, et non saltastis, hoc est remissam uitam ostendi, et non persuasi estis, et lamentauimus, et non plorauistis, hoc est iohannes duram et grauem pertransiuit uitam, et non attendistis, et non dicit, ille hanc, et ego hanc. Sed quia unum **consilium** alterutrorum erat, etsi adiuentiones contrariae, propter hoc communia, et ea quae effecta erant ait esse. Etenim et contrariam incedere uiam a consonantia **intensa** fiebat, et ad unum inspiciente finem. Qualem accipietis iam excusationem? propter hoc et induxit, et iustificata est sapientia a filiis suis, hoc est etsi uos non persuasi estis, sed me iam incusare non habetis, quod de patre, ait propheta, ut iustificeris in sermonibus tuis. Deus enim etsi nichil explet amplius, a procuracione quae est circa nos, omnia quae a seipso sunt complet, ut his qui inuerecundi esse uolunt, neque umbram relinquat ingratae dubitationis. Si autem exempla uilia sunt, et male enuntiata, ne mireris. Ad imbecillitatem enim audientium, loquebatur, quia et ezechiel multa dicit exempla, **eis** conuenientia, et dei magnitudine digna, sed et **hoc** maxime dignum est eius procuracione. Intuere autem eos, et aliunde in contrarias delatos opiniones. Dicentes enim de iohanne quoniam demonium habet, non steterunt usque ad hoc, sed et de seipso **contraria** dicente, hoc ipsum dixerunt rursus, ita in repugnantes semper circumferebantur opiniones. Lucas autem cum his et aliam maiorem ponit eorum accusationem dicens, quoniam publicani enim iustificabant deum, suscipientes baptisma iohannis. Tunc iam exprobrat ciuitates, quando iustificata est sapientia, quando ostendit omnia completa. Quia enim non suasit, miseros iam uocat, quod plus est quam terrere. Etenim doctrinam, quae est a sermonibus ostendit, et operationem, quae est a signis. Quia autem permanebant **in eadem rescissione**, exprobrat iam. Tunc enim ait ihesus incepit exprobrare ciuitates, in quibus factae sunt plurimae eius uirtutes. Quoniam non penitentiam egerunt, dicens. Ve tibi chorozaïm, ue tibi bethsaida. Deinde ut discas non a natura ipsos tales existentes, ponit et nomen ciuitatis, a qua quinque processerunt apostoli. Philippus enim et duae dualitates **uerticum**, hinc fuerunt. Quoniam si in tyro et sidone, factae essent ait uirtutes, quae factae sunt in uobis, in sacco et cinere poenitentiam egissent. Verum dico uobis tyro et sidoni tolerabilius erit in die iudicii quam uobis. Et tu capharnaum quae usque ad caelum exaltata es, usque in infernum

Commented [ND46]: iohannem *add. super lin.*

Commented [ND47]: christo *add. super lin.*

Commented [ND48]: christum *add. super lin.*

Commented [ND49]: ieiunii *add. super lin.*

Commented [ND50]: uel commendare *add. super lin.*

Commented [ND51]: iudei *add. super lin.*

Commented [ND52]: [fol.132vb]

Commented [ND53]: uel mens *add. super lin.*

Commented [ND54]: magna *add. super lin.*

Commented [ND55]: iudeis *add. super lin.*

Commented [ND56]: condescendens *add. super lin.*

Commented [ND57]: eis *add. super lin.*

Commented [ND58]: [fol.133ra]

Commented [ND59]: ab eo *add. super lin.*

Commented [ND60]: apostolorum *add. super lin.*

deducere, quoniam si in sodomis factae essent uirtutes, quae factae sunt in te, mansissent utique usque hodie. Verum dico uobis, quoniam terrae sodomae tolerabilius erit in die iudicii quam tibi. Et sodomam eis non simpliciter adicit. Sed augens accusationem. Etenim maxima malitiae est demonstratio, cum non his qui tunc existebant, sed et his qui unquam facti sunt pernitiosi, apparent illi deteriores. Ita et alio facit comparationem per inuinitas eos condemnans, et per reginam austri, sed illic quidem per eos qui correxerunt, hic autem et per eos qui peccauerunt. Quod multum grauius erat, hanc et ezechiel nouit condemnationis legem. Ideoque dixit et hierosolimae. Iustificasti sorores tuas in omnibus peccatis tuis. Ita ubique in ueteri testamento, libenter **ambulare** assueuit. Et neque hic sermonem sistit, sed et timorem intendit dicens. Quoniam difficiliora patientur sodomeis et tyriis, ut undique eos inducat, et auocando miseros et terrendo.

Commented [ND61]: conuersare *add. super lin.*

Haec autem et nos audiamus. Neque enim non credentibus solum, sed et nobis difficiliorem determinauit penam sodomeis, si non susceperimus eos qui ad nos intrant alienos. Quando et puluerem excutere iussit, et ualde decenter. Illi enim etsi iniqua fecerunt, sed ante legem et gratiam. Nos autem **post** tantam diligentiam, qua utique erimus uenia digni? odium tantum hospitibus ostendentes, et indigentibus ianuas precludentes, et ante ianuas auditum. Magis autem non **inopibus** solum, sed et ipsis apostolis? Cum enim legitur paulus, et tu non attendis, cum predicet iohannes, et tu non audis. Quando suscipies inopem apostolum non suscipiens? Vt igitur et his domus et illis auditus aperti sint, expurgemus sordem ab auribus animae. Sicut enim sordes et lutum aures carnis, ita meretricia cantica et uitae huius negotiorum enarrationes, et debita et usura et mutuum sorde omni difficilius, oppilat mentis auditum. Magis autem non oppilat solum, sed et immundum facit. Etenim stercus immittunt nostro auditui, qui haec enarrant. Quod barbarus minabatur dicens, commedite stercus uestrum, et quae deinceps sunt. Hac et hii non uerbo, sed per opera uos sustinere faciunt, magis autem et multo difficilius. Etenim et his abhominabiliora illa sunt cantica. Et quod utique est difficilius, quoniam non solum non molestari estimatis haec audientes, sed et ridentis, cum deceret abhominari et fugere. Si autem non abhominabilia sunt, descende in medium ludum zelare quod laudas, magis autem ualde solum, cum eo qui mouet risum, sed non patereris. Quid igitur tantum prebes ei honorem? et leges quidem quae gentilibus a grecis scriptae sunt, infames eos esse uolunt. Tu autem eos in tota ciuitate suscipis, ceu legatos, et duces, et uniuersos conuocas, ut suscipiant stercus in auribus. Et famulus quidem turpe aliquid loquens audiente te, decem milia accipiet flagella. Etsi filius, etsi uxor, etsi quicumque hoc ipsum fecerit, iniuriam hoc uocas. Si autem homines abiecti, et caupones uocant te, ad audiendum scurulia uerba non solum non offenderis, sed et laetaris et laudas, et quid huic irrationabilitati equale fiet. Sed ipse non loqueris scurulia hec? et quae utilitas? magis autem et hoc ipsum unde manifestum est? **Si** enim non loquereris, neque audiens rideres, neque cum tanto studio curreres ad confundentem te uocem. Dic enim michi, letararis audiens blasphemantes? nonne horresceres et aures oppilares? Ego ita existimo, quid utique **unquam**? quoniam neque ipse blasphemans, ita utique et in turpiloquio fac. Et si uis ostendere manifeste nobis, quoniam non laetaris, turpia alio loquente, neque audire sustine. Quando enim poteris effici studiosus, in talibus conuersans auditionibus? quando sudores qui sunt pro sobrietate afferre sustinebis? Paulatim suffusus a risu et a canticis et ab his turpibus uerbis? Etenim amabile est ab omnibus his purgatam animam, posse fieri honestam et sobriam. Quanto minus talibus auditionibus nutritam? uel nescitis quoniam ad malitiam magis parati sumus? Cum igitur id et artem et opus fecerimus, quando poterimus effugere carminum illam? Non audisti quid ait paulus? letamini in domino, non dixit in diabolo. Quando igitur audire poteris paulum,

Commented [ND62]: Morale xxxvii. Quoniam non oportet abire in theatra pernitiosa. Multa enim inconuenientia inde generantur hominibus *notum in marg.*

Commented [ND63]: [fol.133rb]

Commented [ND64]: pauperibus *add. super lin.*

Commented [ND65]: [fol.133va]

Commented [ND66]: hoc faceres *add. super lin.*

quando sensum accipere tuorum delictorum? Inebriatus semper et continue ab inspectione illa? quoniam enim aduenisti huc non mirandum, magis autem mirandum, huic enim simpliciter et pigritans accedis. Illuc autem cum studio et cursu, et cum multo desiderio. Et manifestum est ex his quae domum refers inde recedens. Etenim limum uniuersum infusum uobis per uerba, per cantica, per risum qui illic fuit, in domum unusquisque refertis. Magis autem non in domum solum, sed et in mentem unusquisque suam, et ea quidem quae non sunt digna abhominari auertis. Abhominabilia autem non odio habes, sed et diligis. Multi denique a sepulchris reuertentes balneantur. Aspectaculis autem redeuntes non ingemiscunt, neque effundunt lacrimarum fontes. Sed tamen mortuus quidem non est immundus. Peccatum autem tantam imponit sordem, ut neque decemmilibus fontibus expurgare hanc possis, sed solis lacrimis et confessionibus. Sed nullus sentit sordem hanc. Quia enim quae oportet non timemus, propter hoc quae non oportet formidamus. Quis autem sonitus, quis autem et tumultus, et diabolicae acclamationes, et satanicae figurae? Hic enim posterius habet comam, iuuenis existens, et naturam effeminans, et inspectione et figura et uestimentis, et omnibus simpliciter in imaginem puellae mollis, transire studet. Alius autem quidam senex sub contrariae huic, capillos nouacula circum auferens, et accinctus lateribus, ante capillos incidens uerecundiam, ad dandum alapas paratus existit, omnia facere et dicere promptus. Mulieres autem nudo capite inuerecundate, ad plebem stant loquentes, tantam meditationem inuerecundiae facientes, et omnem pertinaciam et impudicitiam in audientium animas effundentes. Et unum studium est omnem funditus euellere sobrietatem, confundere naturam, implere pernicioso demone concupiscentiam. Etenim uerba turpia, et tonsio et incessus et uox et stola, lasciuiua plena sunt illic, et membrorum et oculorum euersiones, et fistulae et tibiae, et omnia simpliciter ultima impudicitia sunt repleta. Quando igitur excitabis teipsum dic michi, tantum tibi stupri merum effundente diabolo, tantos incontinentiae calices miscente? Etenim adulteria et nuptiarum furta illic sunt, et mulieres fornicatae, et uiri amantes, iuuenes molliti, illic sunt. Omnia iniquitate, omnia prodigiis sunt plena, omnia uerecundia. Non igitur ridere in his eos qui assident oporteret, sed lugere et ingemiscere amare. Quid igitur precludemus aditum saltatrici? et sermone tuo omnia euertentur? Nunc denique omnia euertuntur. Vnde enim sunt qui nuptiis insidiantur dic michi, nonne a scena hac? unde sunt qui thalamos effodiunt, nonne a saltatrice illa? nonne hinc uiri uxoribus sunt honerosi? nonne hinc uiri uxoribus sunt contemptibiles? nonne hinc plures sunt adulteri? quare qui omnia euertit, ille est qui ad theatrum uadit, qui tyrandem difficilem inducit. Non ita est ait, sed legum bonae ordinationi, hoc placet. Absit. Vxores enim seperare, et pueros iuuenes iniuriari, et domos euertere, eorum est qui arcem capiunt. Et quis adulter ait, ab inspectionibus his factus est? Quis enim non adulter hinc factus est? etsi liceret nominatim nunc dicere, ostenderem quot uiros seperauerunt ab uxoribus, quot acceperunt captiuos, meretrices illae. Hos quidem ex ipso leuantes lectulo, illos autem nullatenus dimittentes, ab ipso principio copulari nuptiis. Quid igitur dic michi, leges euertemus uniuersas? et nempe, iniquitas est euertere eos, qui haec soluunt theatra. Qui enim ciuitatibus obsunt, ex his sunt. Hinc denique altercationes et turbationes sunt. Qui enim a saltantibus nutriuntur, et uentri suam uendunt uocem, his opus est clamare et operari, omne inconueniens. Hii maxime sunt qui turbationes in ciuitatibus faciunt, et plebem dilaniant. Iuuentus enim desidia potita, et in tantis nutrita malis, fera omni in mansuetior efficitur. Incantatores enim dic michi unde sunt, nonne hinc? ut plebem irritent inaniter uacantem, et saltantes multis faciant potiri tumultibus, et adulteratas mulieres a sobriis diuidant, et in hanc deueniunt insaniam, ut neque ossa obeuntium mouere pigritentur. Nonne haec sunt hinc? cum decemmilium coguntur in perniciosum illum diaboli chorum consumere? Impudicitia uero et decemmilium mala unde sunt? Vides quoniam tu quidem uitam euertis, ad haec eam attrahens. Ego

Commented [ND67]: tuorum *add. super lin.*

Commented [ND68]: in ecclesia *add. super lin.*

Commented [ND69]: [fol.133vb]

Commented [ND70]: quae ibi sunt *add. super lin.*

Commented [ND71]: [fol.134ra]

Commented [ND72]: uel actus *add. super lin.*

autem eam constituo, haec dissoluens. Expellamus igitur saltatricem, etsi nullum alium barbaros saltim zelamini. Etenim omni tali puri sunt illi inspectione. Quae igitur uobis erit excusatio iam, cum nos qui caelorum sumus ciues, et cum cherubin chorum facimus, et archangelorum sumus communicatores, barbaris deteriores in hoc efficimur, et hoc facimus cum liceat decem mille alias his meliores inuenire delectationes. Si enim uelis spatari, uade ad paradysos, id est ortos, ad defluentem fluuium et stagna, uade ad ortos, audi cicadas cantantes. Incede ad templa martyrum, ubi corporis sanitas et animae est utilitas, et nocumentum nullum, neque poenitentia post uoluptatem, quemadmodum hic. Habes uxorem? habes filios? quid huic delectationi aequale? habes domum, habes amicos? haec cum delectent, multam cum sobrietate et utilitatem tribuunt. Quid enim filiis est dulcius, quid uxore? sobrium esse uolenti? Dicuntur nempe barbari quandoque dicere uerbum philosophia plenum. De theatris enim his iniquis, et intemporeana delectatione audientes, romani enim aiunt sicut non habentes filios et uxores, ita tales excogitauerunt uoluptates, monstrantes quoniam nichil filiis et uxore est dulcius, si honeste uelis uiuere. Quid igitur si monstraero ait nullum ex ea quae illic est conuersatione accipientes detrimentum? maxime quidem et hoc est detrimentum, inaniter et uane tempus consumere, et aliis fieri scandalum. Etsi enim tibi non obsit, alium facis in hoc studiosiorem. Qualiter autem et tibi ipsi non nocebit, cum tribuas occasiones his quae fiunt? Etenim indiuiuator et fornicatus puer et fornicata mulier, et omnes illi diabolici chori, in tuum caput causa eorum quae fiunt, ferunt. Sicut enim si non essent inspectores, non utique essent qui talia exercerent, ita quia sunt, et ipsi partiuntur eorum quae fiunt ignem. Quare etsi in sobrietatem nichil tibi obsit, quod est impossibile, sed perditionis aliorum difficiles dabis noxias, et inspicientium et congregantium eos. Sed et in sobrietatem ampliora lucratus esses, nisi illuc iuisses. Etsi enim nunc es sobrius, magis sobrius utique esses, tales fugiens inspectiones. Ne ergo superflua altercemur, neque stultas excusationes excogitemus. Vna enim excusatio est haec, fugere caminum babilonicum, a longe fieri ab egyptiaca meretrice, etsi nudum oporteat, illius manus effugere. Ita enim et uoluptate multa fruemur, conscientia nostra non accusante nos, et presentem cum sobrietate, uiuemus uitam, et futuris bonis potiemur gratia, et philanthropia id est amore hominum domini nostri ihesu christi, cui gloria et imperium in secula seculorum amen.

Commented [ND73]: [fol.134rb]

Commented [ND74]: uel scandalum *add. super lin.*

Commented [ND75]: [fol.134va]